

<983> giugno 15, Rialto

Vitalis patriarcha <di Grado>, figlio di Petrus <IV, Candianus>, rilascia quietanza a Tribunus <Memmus/Menius>, duca di Venezia e a tutto il popolo veneziano, *a maximo ad minimum*, dichiarando di non avanzare più alcuna richiesta né direttamente né per interposta persona in merito ai beni del padre che, per comune decisione, già sono stati spesi per la salvezza della patria, nonché a quelli dati a Hualderada/Hualdrada sua matrigna. Egli promette inoltre di non intentare cause contro il duca circa il patrimonio paterno che, come sancito in un giudizio, è già entrato in suo possesso insieme a ciò che egli deteneva in comune con il padre, riservandosi infine il diritto di fare interpellanze su quanto ancora resta da decidere e su quanto ancora i debitori del padre gli devono.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo in Venezia, Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carta 97r-97v [B].

CE II.66

Edizione: Cessi 1942.

In nomine domini Dei. In mense iunio, die XV, indictione XI,^a Rivoalto. Plenam et irrevocabilem securitatem mitto ego quidem Vitalis,¹ divino munere patriarcha, filius boni Petri ducis Candiani, cum meis successoribus vobis domino Tribuno,² inclyto duci Venetie, et toto vestro populo a maximo ad minimum et vestris heredibus de cuncto habere magno et parvo, quod fuit de causa patris mei, et vos omnes per commune consilium et voluntatem dedistis et expendistis pro salvatione nostrae patriae post ipsius obitum, et de cetero ipsum habere parvum et magnum, quod dedistis Valdradae,³ matrilineae meae, sive aurum, argentum vel caeteras eius quaslibet res atque de omnes inquisitiones, quas supra vos feci, de omnibus ipsius rebus, quas modo secundum legem et iudicium⁴ hoc, quod exinde apud vos remansum fuit, in meam devenit potestatem, necnon et de omni placito et altercatione, quae inter nos fuere de parte suprascripti genitoris mei, etiam et de omni et omnibus, quae ab initio cum suprascripto patre meo usque ad diem mortis eius cum illo et nos post ipsius obitum de quacumque re de eius parte usque modo insimul habuimus, ut nullis diebus nullisque temporibus vos requirere aut compellere debeam per nullum ingenium neque parvum neque magnum, nec in vita vestra, neque post obitum vestrum, quoniam a presenti die venimus in iudicium et cuncta proprietate et omnibus rebus patris mei, quas habuistis et usque nunc retinuistis, mihi reddidistis. Nam ceterum habere magnum vel parvum, quae fuit de causa ipsius genitoris mei et vos omnes per commune consilium et voluntatem dedistis et expendistis pro salvatione vestrae patriae, et partem exinde dedistis Hualdradae, matrilineae meae, et omnia, quae de ipsius habere dedistis in quibuscumque locis post ipsius obitum usque in hodiernum diem, unquam tempore nec per nos neque per nullam submissam personam hominum inquirere neque occasionare vos non presumam per nullum ingenium, sed semper tacitus et quietus de omnibus, quae superius leguntur, existere debeam in contra vos omnibus futuris temporibus, et nihil remansit de nulla re, quam homo cogitare potest, quod vos de omni illius habere vel de eius parte amplius requirere debeamus, excepto tantum illis hominibus, qui debito⁵ patri mei subiacerunt. Ceterum autem illius habere, quod excutiendum est, amodo in antea in mea debeat esse potestate interpellandi et excutiendi secundum legem et consuetudinem vestram. Quod si quocumque tempore de omnibus rebus patris mei mobilibus vel immobilibus, quod vos per commune consilium et voluntatem dedistis et expendistis pro salvatione vestrae patriae post ipsius obitum usque in hodiernum diem, vel de eodem habere, quod dedistis iamdictae matrilineae meae, unquam tempore inquirere vel occasionare vos voluero per me vel per submissam personam hominum, et tacitus et quietus de

^a XI/[I] in Cessi.

omnibus ipsius rebus incontra vos non exivero, nisi tantum hoc quod superius interpositum habemus illis hominibus, qui debito patris mei subiacerunt, ceterum autem illius habere, quod ad excutiendum est, amodo in antea in mea esse debeat potestate, secundum quod superius cernitur, tunc componere promitto cum meis successoribus vobis et successoribus et heredibus vestiis auri obrizi libras X. Et hec securitas omnibus profuturis temporibus maneat in sua firmitate. Quam scribere precepi Vitalem presbiterum et notarium capellae curtis pallatii. Ego Vitalis patriarcha in hac securitate a me facta manu mea subscripsi. Ego Dominicus testis subscripsi. Signum manus Dominici testis. Ego Joannes testis. Notitia testium, idest: Dominicus Ursoyolo, Dominicus Argili, Iohannes Zenoni de insula Methamauco. Ego Vitalis, presbiter et notarius, complevi et roboravi.

NOTE STORICHE

¹ Su Vitale III Candiano, patriarca di Grado e figlio del duca Pietro IV, si veda la nota 9 del documento Venezia 26.

² Su Tribuno Memmo/Menio si veda la nota 1 del documento Venezia 24.

³ Si tratta della restituzione del morganatico effettuata nel 976 settembre dal duca Pietro I Orseolo a Waldrada, vedova del duca assassinato Pietro IV. Si veda documento Venezia 20.

⁴ Si tratta della sentenza emanata dal doge Tribuno Memmo/Menio quello stesso giorno. Si veda documento Venezia 26, dove nel prologo sono ricordate le inquisitiones, ovvero i ricorsi, effettuati dal patriarca Vitale per recuperare i beni del padre.

⁵ Sulla attività creditizia dei Veneziani si veda nota 5 del documento Venezia 11.